

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Hic subnotata continentur Vita M. Catonis**

**Nepos, Cornelius**

**Argentinae, 1505**

**VD16 N 522**

Brief: Mathias Schürer Artium doctor studioso Lectori S.P.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-309461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-309461)

ratione. Romanae sedis obedientia decimarum oblationum & ele-  
mosinarum largitione: honesto vestium usu: tum situ salubritateque ce-  
li iucundissima: Preterea ipsa germania: benignissimo ventorum  
afflatu: latissimorum fluviorum & Thermarum copia: nemorum & sal-  
tuum iocunda utilitate crudelium ferorumque animalium carentia & ma-  
gna soli fertilitate principatum obtinet. Quicquid est quod vita nostra  
carere non potest: id omne deus germaniae non invidit: opes: pabu-  
la: lacus: fruges: vineae: variorumque generis vina: vel unica Alsatia:  
multis exteris abunde praestat: vellera: lina: vestes: iuuenti: equi  
metalla: aurum: argentum: aes: ferrum non solum montes sed & flumina  
Rhenus: Danubiusque praefertunt. ut nec pauculo: neque Tago ce-  
dat germania. longe a mari distans (quod Plato improbitatis magis  
strum appellat) tunc demum germani sacrosanctae christi religioni de-  
ditissimi ac obseruatissimi a qua nec vinculis: nec carcere nec  
ipsa denique morte diuelli possunt. sicut neque a veritate (quam ipsi  
suis Persis sanctius colunt) recedere videntur: quod praefecto sanctissimi  
mum & omnium prestantissimum est diiudicandum. ¶ Finis.

¶ Mathias Schürer Artium doctor  
studioso Lectori. S. P. D.

Si quid in hoc libro est inuersum/transpositum/immutatam  
obmissum/vel mirari vel indignari desine/quis omnia viderit  
homo sum/atque his homo qui binoculus/non Argus cuius ca-  
put centum oculis circumfuit fabulat antiquitas. Exprobre crede  
nihil tam oculariter despici potest: in quo omne mendacium possis euadere  
Huc adde quod exemplar ipsum erat mutilum/deprauatum/mendo-  
sum: excubentis culpa. Coacti quoque sumus ob imminentes nundinas  
Franckurdenses intra brevissimum tempus id operis formis  
excudere. Dabimus tamen pro virili opera/ut olim nitidius/specio-  
sius in manus hominum exeat. Tu interea studiose lector his conten-  
tus foelix esto. Argentini ex officina litteratoria Ioannis Pruis:  
quinto idus Martij. Anno. M. CCCC. V.

¶ Iohannes. Pruis in aedibus Thiergarten Argenti-  
nae imprimebat. Mathias Schürer recognouit.  
Anno. M. D. V. quinto Idus Martij.  
Conrado Duntzēhemio Dictatore Argentinum.

1505

